

aliis fidelibus in ecclesiis conjuncti interne mentem ad deum elevare conantur; preces vero *privatim praescriptae* a confessariis eorundem in aliqua pia opera commutari possunt.

S. C. I. die 15. Maji 1852.

42) Terram s. visitantium et ibi habitantium FFr.

Clemens PP. X.

Omnia et singula privilegia, concessionem, facultates, indulta, indulgentias, gratias spirit. et temporales s. locis et *illa visitantibus* necnon d. Ord. Quardiano et fratribus ibi degentibus in genere vel in specie concessa, quatenus sint in usu et non sint revocata, sacrisque Canonibus et Constitutionibus ap. ac Concilii Trid. decretis non adversantur tenore praesentium confirmamus et approbamus. Necnon insuper omnibus et singulis eorundem FFr. interpretibus nunc Hierosolymis, Bethlehem et Nazar. existentibus et viventibus in mortis articulo, si vere poenitentes et confessi ac s. Communionem refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen *Jesu* ore, si potuerint, sin minus, corde devote invocaverint, plenariam omnium peccatorum indulgentiam et remissionem in Domino concedimus et elargimur.

Romae die 11. Jun. 1670.

(Bullar. mag. rom. tom. VI. p. 298 ed. Luxenb. 1727.)

Vd.: *Constit. Innoc. XI.* die 22. Jun. 1684. (Ibid. t. XI. p. 419.)

43) Viae Crucis.

Vd.: *Via Crucis.*

Stationes quatuordecim viae Crucis erigi possunt a PP. Ord. s. Francisci in omnibus Ecclesiis, et etiam extra ecclesiam in locis publicis et ad id aptis. Requiritur autem praeter con-

sensum parochi, etiam Episcopi licentia in scriptis data. (Bened. XIV. Breve dd. 10. Maji 1742) S. C. J. 30. Julii 1748; 16. Novb. 1828.

Si tabulae ad tempus aut omnes aut nonnullae tollantur pro murorum dealbatione, pro iisdem picturis exornandis, pro meliore dispositione aliave de causa: tunc non amittunt indulgentias, quae non cessant, nisi pereunte materia. S. C. I. 7. Maji 1836.

Numerus indulgentiarum ad singulas Stationes inscribi non debet. S. C. I. 3. Apr. 1731.

Vd.: *Constit. Innoc. XII.* die 5. Decb. 1696.

(Bull. r. t. XII. p. 280. Ed. Luxbg.)

44) Visitatio Ecclesiae.

(Quando non est expos. SSmum.)

V. Fr. Episcopo Wormiensi.

Accepimus in civitate vestra frequenter exponi publice divina Mystera et imperitam multitudinem in eo errore versari, ut arbitretur non lucrari Indulgentias, quae conceduntur Christianis ad Ecclesiam accedentibus, nisi publicae venerationi in iisdem s. aedibus divina Eucharistia proponatur. Tam falsa opinio dissimulari non debet, cum indulgentias assequantur illi, qui omni peccati labe expiati satisfaciunt universis operibus, quae praescribuntur ab eo, qui s. indulgentias elargitus est; quamobrem, si minime praecipiat fidelibus, ut s. mysteria publice exposita venerentur, apertissime constat in errorem maximum adduci eos, qui asserunt indulgentias, quae tribuuntur fidelibus Ecclesiam visitantibus, haud comparari nisi s. Eucharistia in ipsa adorationi publicae exhibeatur.

Porro id necessario requiritur ad sequendas eas *Indulgentias, quae fidelibus conferuntur, qui deum precantur*

in iis ecclesiis, ubi SSmum. spatio continuo 40 hh. expositum publice est; etenim id omnino praecipitur in hac Indulgentia concedenda, quae a 40 horis continuis nomen accepit.

Constit. Bened. XIV. die 16. Apr. 1746.

(Bull. r. t. XVII. p. 17.)

Vd.: *Indulg. (Infirm.)*

INDULGENTIAM.

Ad dubium: Utrum hebdomadarius signari debeat, cum in Off. divino dicit: *Indulg. etc.*, sicut etiam praescribitur in principio missae? S. C. resp.: Congruere, ut fert praxis universalis praesertim Urbis. Die 7. Sept. 1816. *In Tad.* ad 39.

INDULTUM.

a) Explicatio et extensio.

Verba Indulti intelligi, prout jacent, nec ab alio quam a Sede ap. explicari possunt nec quispiam nisi eadem Sedes facultatem habet extendendi Officium concessum de loco ad locum ut ex decr. Urbani VIII. S. R. C. die 15. Sept. 1668.

b) Revocatio variorum Indult.

Clemens PP. VII.

Romanus Pontifex more seduli Pastoris jugiter advigilans, nonnulla, quae a Praedecessoribus suis concessa noscuntur, justis interdum suadentibus causis moderatur, revocat et immutat, sicut conspicit in Domino salubriter expedit.

Itaque omnia et singula infrascripta indulta, facultates et gratias tenore praesentium revocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, irritamus et annullamus viribusque et effectu penitus et omnino vacuumus: ac revocata, cassata, sublata, abrogata, irrita et an-

Decreta authentica.

nullata viribusque et effectu vacua esse ac perpetuo fore, neque de caetero cuiquam suffragari posse vel debere decernimus et declaramus.

Indulta autem, Facultates et Gratiae hujusmodi sunt, quae sequuntur, videlicet:

I. Excipiendi Confessiones sive Saecularium sive Regularium etiam Monialium aut aliarum quarumvis personarum in Conventibus, Monasteriis seu Conservatoriis degentium absque expressa Ordinariorum ac Superiorum illorum, ad quos pertinet, facultate; necnon eligendi sibi Confessarium ab iis respective non approbatum.

II. Absolvendi quoscumque sive Saeculares sive Regulares utriusque sexus a peccatis, poenis et censuris, in literis die Coenae Domini quotannis legi et publicari consuetis vel alias Sedi Apostolicae Locorumve Ordinariis aut Superioribus Regularibus quoquomodo reservatis: prout quoque eligendi Confessarium etiam ex legitime ad audientias Confessiones approbatis, qui a peccatis, poenis ac censuris sic reservatis absolvat.

III. Eximendi seu absolvendi quemlibet ab obligatione denuntiandi in casibus, quibus denunciatio juxta praescriptum Constitutionum Apostolicarum seu alias fieri debet.

IV. Utendi quibuscumque facultatibus, etiam generaliter concessis, quoad alitercumque dictae Sedi vel etiam ipsi Romano Pontifici reservata: sive per eos Majori vel minoribus Poenitentiis attributis, durante Jubilaeo vel Missionum, Exercitiorum Spirituum, Quadragesimae, Adventus aut alio quovis anni tempore; sicuti etiam utendi facultatibus, quae ab Officio Poenitentiarum Apostolicae aliquando impertiri solent.

V. Relaxandi juramenta quaelibet, etiamsi de nullo cujusquam agatur damno seu praejudicio.

VI. Dispensandi seu commutandi Vota quaecumque, licet simplicia dumtaxat, ac juramento minime confirmata.

VII. Dispensandi cum quibusvis personis Saecularibus pariter vel Regularibus super qualibet irregularitate et inhabilitate quomodocumque ex delicto vel defectu, etiam prorsus occultis, proveniente, tam pro exercendis susceptis, quam pro suscipiendis quibusvis Ordinibus, ac retinendis et assequendis quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis.

VIII. Dispensandi super quocumque impedimento, quantumvis occulto, Matrimonium dirimente, sive agatur de Matrimonio contrahendo, sive de convalidando jam contracto.

IX. Convalidandi titulos Beneficiorum Ecclesiasticorum simoniace vel ex alio quovis capite invalide obtentorum: ac condonandi fructus qualitercumque indebite perceptos: aut componendi super iisdem fructibus.

X. Celebrandi Missam itineris aliave occasione in quocumque loco super Altari portatili sive extra tempus ab Ecclesia definitum: vel non servandi omnia et singula ab ipsa Ecclesia praecepta et ordinata circa celebrationem Missae et administrationem SS. Eucharistiae Sacramenti.

XI. Officium divinum absque legitima causa non recitandi illudve commutandi in alias preces vel pia opera sive recitandi unum Officium pro alio aut extra tempus ab Ecclesia statutum: vel super praemissis cum aliis dispensandi.

XII. Indulta quaecumque, a Regularibus utriusque itidem sexus obtenta, votum paupertatis quomodolibet laedentia aut Regulari observantiae, Apostolicis Constitutionibus propriique Ordinis seu Instituti Statutis contraria vel adversantia.

XIII. Facultas Regularibus alloquendi

Moniales, etiam consanguineas aliasque personas intra clausuram degentes absque peculiari Superiorum, ad quos quomodocumque spectat, licentia.

XIV. Indulta, Facultates et Gratias mox relata eorumve aliqua in toto vel in parte indefinite vel ad tempus et in casu particulari, seu alio quovis modo aliis communicandi.

Quae quidem omnia et singula, etiamsi sub quibuslibet aliis quantumvis amplis verborum formis et tenoribus concessa et impetrata fuerint, quoad utrumque forum, ac generaliter sive res sit de casu occulto sive de publico, revocata et abrogata esse ac intelligi et censi debere statuimus.

Districte propterea prohibemus, ne quisquam deinceps indultis, facultatibus et gratiis sic per Nos revocatis et abrogatis ullatenus uti audeat seu praesumat, *sub poena excommunicationis ac privationis Officiorum, Dignitatum et quorumvis Beneficiorum obtentorum, vocis activae et passivae, necnon inhabilitatis ad audiendas confessiones et ad Officia, Dignitates et Beneficia hujusmodi in futurum obtinenda ipso facto* absque ulla alia declaratione per transgressores respective incurrenda; a qua non nisi a Nobis seu Romano Pontifice pro tempore existente praeterquam quoad excommunicationem praefatam in mortis articulo constituti, absolutionis, dispensationis seu re habilitationis beneficium valeant obtinere.

Noverint insuper Poenitentes et alii Fideles, absolutiones, dispensationes, relaxationes, commutationes, convalidationes, compositiones et alia ejusmodi, si quae in posterum contra hanc nostram prohibitionem obtinuerint, nulla fore nulliusque roboris ac momenti.

Caeterum *per praesentes non intendimus revocare* supradicta indulta, facultates, gratias, quae per quasvis literas Apostolicas, etiam in simili

INFIRMI.

Vd.: SS. Viaticum; Professio fidei; Commendatio animae; Indulg. (SSmum. ad inf. etc.); Indulg. (Infirm.)

INGRESSUS

(In Ecclesiam.)

Vd.: Sepultura (ingressus); Laici (quomodo se gerant etc.)

INITIUM SCRIPTURAE S.

Ad dubium: Quando in mense Novembr. sunt eadem die ponenda plura initia Prophetarum, an sit dicenda tantum unica lectio? Et an possint poni plura tribus initiis Prophetarum unica die? S. R. C. 5. Julii 1698 resp.: Affirm. ad I. negat ad II. partem.

Ubi sunt plura Officia habentia primas ll. proprias, possunt omitti aliqua ex dictis initiis Prophetarum, occurrente legitima causa. S. R. C. 5. Julii 1698.

Quando in festo aliquo ll. assignantur legendae sive propriae sive de communi, omittitur initium Scripturae, quod reponendum est infra hebdomadam in officio ritus inferioris, minoris dignitatis et solemnitatis, etiamsi tale festum habeat ll. proprias aut sint de scriptura. S. R. C. 5. Maji 1736.

Quaesitum fuit: an si per dedicationem Ecclesiae vel aliud festum cadens in dominica impediatur init. Script. talis dominicae et per octavam non sit locus pro ea, eo quod omnes dies sint dies infra octavam praeter unam forte, quae tamen habeat lectiones de communi assignatas, tunc tale initium sit omittendum vel potius reponendum in illo festo, omissis ll. assignatis et quid si illud sit dupl. majus? S. R. C. resp.: Initium Scripturae aut transferendum est ad diem liberam, etiamsi post octavam hoc eveniat, aut anticipate legendum, sed in Officio, pro

forma Brevi expeditas vel rescriptas, a S. R. E. praefatae Cardinalium aut Romanae Curiae Praelatorum aliisque Almae Urbis Congregationibus edita et ab eisdem Praedecessoribus approbata, necnon per dictum Officium Poenitentiarum Apostolicum quodcumque concessa fuerint, seu emanaverint: *quae salva ac firma remanere volumus.*

Decernentes, easdem praesentes literas et in eis contenta etiam ex eo, quod praedicti, et alii quicumque in praemissis interesse habentes seu habere quomodolibet praetendentes, ad ea vocati et auditi non fuerint, de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae, seu alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, in controversiam vocari aut adversus illas quodcumque juris, gratiae vel facti remedium intentari vel impetrari nullatenus posse; sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas et efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; ac ab illis, ad quos spectat et pro tempore spectabit, in omnibus et per omnia inviolabiliter observari; sicque et non aliter in praemissis per quoscumque Judices ordinarios et delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictaque Sedis Nuncios et alios quoslibet quavis praesentia et potestate fungentes et functuros, sublata eis et eorum cuilibet aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari et definiri debere; ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus praemissis ac quibusvis Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis.

Datum Romae die 12. Febr. 1733. (Bull. r. t. XIV. p. 177.)

quo assignatae sunt ll. de communi, illae sunt legendae. Quod faciendum est etiam in dupl. maj. juxta rubr. Brev. rom. S. R. C. 5. Maji 1736 in *Einsidl.*

SS INNOCENTES MM.

1) Commemoratio.

PISTORIEN.

Quum pridie Nonas Jan. Anniversarium occurrat dedicationis Parochialis Eccl. Deo in hon. S. Andreae Ap. Pistorien. in Civitate dicata, Sacerdos Aloysius Petrocchi S. R. C. humillime rogavit, ut declarare dignaretur: num ratione solemnitatis, qua istud dedicationis Festum instituitur, in utrisque Vesp., Laudibus et Missa omitti possit cemm. diei oct. S. Innocentium Mart.?

Et S. eadem C. . . respondendum censuit:

„Juxta Rubricas et alia Decreta faciendam esse expressam Commemorationem“.

Atque ita rescribere rata est et declarare. n. 5089 die 27. Febr. 1847.

2) Missa et Color.

Ad relationem Magistri Caerem. Neapol., novos ritus introduci in celebrando festo ss. Innocentium et utendo tali die colore rubeo et canendo *Gloria*, S. C. resp.: „Servari rubricas“. n. 2205 die 17. Mart. 1663.

De colore in festo ss. Innocent. cadente in dominica, vd.: *Instruct. Clem.* §. XII. n. 10. *Utrum pueri ante usum rationis in odium Christi occisi sint canonizandi cultusque sit publicus iis praestandus?* Vd.: *Con-*

stit. Bened. XIV. de die 22. Febr. 1755. (Bull. r. t. XIX. p. 120.)

3) Translatio.

Ad dubium: Quadam parochiali in Ecclesia occurrit Annivers. Dedicationis die festo SS. Innocent. Quo die erit reponendum horum mm. Officium? S. C. resp.: Supplicandum pro commutatione aniversarii. n. 4859 ad 8 die 3. Aug. 1839.

IN PARADISUM etc.

(*In Sepultura*).

Vd.: *Sepultura* (ritus).

INSIGNIA.

a) Canonicorum.

Vd.: *Canonici Cathedr. et Colleg.* (Insignia); *Usus Pontif.* (decr. Bened. XIV. *pro Urbinat.* §. 1.)

b) Cardinalium.

Vd.: *Constitut. Innocent. X. in Bullar. mag. rom. tom. V. p. 410* (ed. Luxemburg. 1727.)

INSTALLATIO NOVI CANONICI.

Delegatus Sedis apostolicae seu Episcopi occasione tradendi possessionem novo Canonico seu Dignitati incedere debet in habitu talari vel Insignibus propriae dignitati convenientibus et non potest post assignatum locum in choro seu in Capitulo intervenire in choro ad gratiarum actionem fieri solitam cum cantu „*Te Deum*“. n. 4274 die 25. Febr. 1758.

COMMENTARIA

AD INSTRUCTIONEM

PP. CLEMENTIS XI.

PRO ORATIONE QUADRAGINTA HORARUM.

OPERIS RATIO.

1. Plurima sane occurrunt in hac nostra collectione *Decreta*, quae circa Venerabilis Sacramenti expositionem versantur. Haec inter nonnulla sunt, quae ad solemnem illam fieri solitam pro Oratione perenni quadraginta horarum proprie pertinent, alia vero, quae ad caeteras magis minusque solemnes, publicas vel privatas extenduntur; omnia tamen in unum conflunt eundemque finem, qui est, ut Sacri serventur Ritus ex Ecclesiae Instituto augustissimae illi actioni convenientes; et, si qui irrepsere alicubi abusus, omnino tollantur. Quoniam vero quae sparsim in iisdem habentur, stricte simul collegit et aliis adjectis in quasdam veluti regulas distribuit *Instructio*, quam *Clementinam* dicimus, praecipue servandas in Urbe, occasione Orationis quadraginta horarum, cum qua solemnis Sanctissimi Sacramenti expositio conjungitur; eandem, si appendicis loco collectioni adderemus, non ingratum fore existimavimus. Hanc enim Sac. Rit. Congregationis responsa mirifice illustrant, veluti ex commentariolis, quae singulis ejusdem Instructionis partibus subjicere operae

pretium duximus, facile patebit. Plurimum certe proderunt cum Instructione Decreta ad rite servandas caeremonias, quae vel ex lege scripta vel ex constanti Ecclesiae disciplina ad cultum exhibendum Sacrae Eucharistiae quacumque ex causa Fidelium adorationi expositae sunt ordinatae.

2. Ne sit qui existimet, me velle in antecessum dissertationem conficere de primo Orationis quadraginta horarum Auctore, de ratione, qua potissimum is motus fuit, ac de aliis similibus quaestionibus, quae fieri possent, sed nos forte nimis a nostro proposito et fine abstraherent. Vel hujus Instituti Auctor fuerit pius quidam vir, nomine *Bonus Cremonensis*, cui se adjunxisse fertur Ven. S. D. Antonius Maria Zaccaria Fundator Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, ut ex ejus causae actis et ex *Ughellio Ital. Sacr. tom. 4. pag. 27. Littera D.*, vel *P. Joseph a Mediolano ex Ordine Capuccinorum*, ut tenet *Thiersius lib. 4. cap. 17.*, quem sequitur *Benedictus XIV. Instit. Ecclesiastic. 30.* editionis latinae, id parum interest. Certum tamen est,